

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Ampliator imperii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

rem vocabant. Quod si quis à majori honore decidisset, rursus ad alterius petitionem accedere conseruerat. Paulocq; infra: Marius cum ad Herennium responderet, hujusmodi sellam *αγνολοντα* memorat, quæ cujusmodi esset, in numismatibus intueri licet: duæ enim hujusmodi cause habentur super *M. Platorii* tribunali, in M. Platorii &c. Cur. nmmo, ut omnino inde qua fieri specie solerent sella illæ conspicuæ sit. Magna autem ambitione Romanis fuit eburneis hujus modi sellis ad clarissimos quoque Reges, quorum amicitiam sibi conciliafuerint, dono missis. Inter ampla quippe dona, quæ Magistrum Numidarum Regi misa sunt, sella etiam Curulis fuit. Ad Syphacem quoque cum donis alii sella misla, cum is se Carthaginensibus inimicum, Romanis amicum per legatos professus esset. Et Ptolemaeo Egypti Regi, cum legati ad commemorandam renovandamq; amicitiam missi sunt, tulere dona, togam, & tunicam purpuream, cum sella eburnea. Et Consules, cum Magistratum inibant in sella eburnea federe solebant. Unde apud Ovid. in Fastis:

*Et nova conspicuum pondere senit ebur.*

Sed hæc misla faciamus, qua omnium sunt historiis pervulgata: currumque protinus à sella ipsa insiliamus.

#### DE CURRU. CAP. XIV.

PROXIMUS ad sedem accedit currus, multis & ipse hieroglyphicis insignis, quæ commemorare insigniti propemodum operis labor esset: ledetim ea tantum recensebimus, quæ vel in numis, vel auctorum de vetustate libris comperiuntur, & si qua facient ad pietatem, nequaquam dissimulabimus.

#### TRIUMPHUS. CAP. XV.

*Statue tri-  
umphales.* SANE constat, apud Romanos & gentes alias currum Triumphi significatum habuisse, cujusmodi victoriarum monumenta passim in numis, in aris, in arcubus conspicuntur. Iis autem qui triumphasset, statua in curribus ponebantur, quæ ob id triumphales appellatae sunt. Earum vero statuarum ornamenta erant, quæ Livius enumerat, Corona aurea, sella Curulis eburnea, eburneus Scipio, rota picta, & palmata tunica. Sellam autem Curulem ea de causa dictam volunt, quod currus honoris gratia soliti erant in Curiam vēhi Senatores, qui Curulem magistratum, hoc est, majorem honorem cesserent, in quo currus effert, supra quam considerent.

#### AMPLIATOR IMPERII. CAP. XVI.

Triumphalis autem effigies Romæ iis omnibus decreta est, qui fines Imperii ampliassent. Augustus vero memoria Ducum, qui populum Romani Imperium ex minimo maximum reddidissent, proximum à Diis immortalibus honorem præstiterat: itaq; & opera cujusq; manentibus titulis restituit, & statuas omnium Triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicavit, professus editio, commentum id se, ut illorum veluti exemplar, & ipse dum viveret, & in sequentium statutum Principes exigerent a civibus.

#### MARITIMA VICTORIA. CAP. XVII.

*M. Agrippa  
numus.  
Carm. lib. 1.  
Od. 5.  
C pro Q. li-  
teris q. sur-  
pata.* IN numero M. A GRIPPE COS. III. ab altera facie Neptunus est Equos agens flagello sublatu, ipse curri cymbæ speciem præferente insistens. Cymba inter utrumque Equum sita. In puppi ejus navij avis est alis surrectis quæ Aquila speciem refert. Literæ, HIC OMNIPOTENS ECORIS. Unde apud Horatium illud: *Suspendisse potenti vestimenta maris Deo, ubi animadvertisendum est C, literam D* apud nos ordine tertiam pro Q, positam more majorum, qui Q, literam olim exclusere, ut Vellus Longus attestatur, neq; Nigidio Figulo in commentariis suis unquam posita est, teste Victorino. Numi vero hujus species nimirum victoriam ab Agrippa contra Sex. Pompejum, partam ostendit, quam Maro etiam celebravit in Scuto:

*Aen. lib. 8.*

*Parte alia ventis & Diis Agrippa secundus*

*Arduus agmen agens, cum belti insigne superbum*

*Tempora navali fulgent rostrata corona.*

*Ibid. lib. 9.* Sunt etiam numi alii in victoriæ hujus memoriam cusi, in quibus triremes tridentalibus rostris prædictæ conspicuntur, ut tandem aliquando Virgilianum illud incolumenti suæ restituatur,

*Roffia.*